Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

Graf Hermann von Alamünd, Heinrich Graf von Henneberg, Friedrich Graf von Castell, Ulrichen des Edlen von Calwenberg, Heinold des Edlen von Fwerniz, Eberhard des Kinds von Blasenberg und seines Sohns Albrechten von Wirzburg und Eberhard Hamnngen von Blasenberg und seines Sohns Willibrands von Blasenberg unser Truchsessen, Heinrichen von Trewel, Ludwigen Kisselt, Heinrichen des jüngern von Schonberg, Friederichen, Wolfframer und Albrechten der Kartschen, Mangolden von Offheim und anderer viel mehr.

Adverte Henricum Comitem de Henneberg vocari Fruenculum Ottonis II Ducis Meraniæ. Ergone hujus mater nata erat de Henneberg? anne Otto duas uxores habuerat, ~~Bur~~ alteram Burgundiam, alteram Hennebergiam? Non habes sane, quod eum fundamento respondeam: neque Schœpfenius.

117) Meichelbeckius Hist. Frisi. t. II. p. 1. [in Conrado]. Lugduni Pontifex -- Concilium Generale, in festo S. Joannis Baptistæ Anno 1245. inchoandum indixit, ad quod etiam Friderienum Imperatorem citavit. -- Interea Friderieus, facile profiteiens, de sua dignitate in publico orbis theatro disceptatum iri, Veronam ex Apulia profectus alium Principum Conventum coegit, et futuro Generali objecit. Comparuere Veronæ Conradus noster Frisingensis Episcopus, Otto Dux Meraniæ, et Friderieus. Hisque quia ocasione primus Archiduci titulum ab Imperatore consecutus est. Cæsareo diplomati de super confecto, teste Hembeckio, primus Conradus noster subscripsit, quia tamen postea ejus partes abjecit.[Diplomati quidem primus subscribebat Conradus Frisingensis: ~~sed~~ eo non titulum Archiduci, sed solum cruem nostri (Cæsarei) diadematis, suo principali pileo sustinendam concessit Imperator. Inter testes laguna est: forte et Otto noster Meraniæ Dux erat subscriptus. Vid. Brunner Annal. Boi. l. 14. ad an. 1245.

In memorato Concilio Lugdunensi Innocentius IV rogatet jubet Albertum Comitem Tirolensem et Wolfgerios fratres ~~Ecclesiæ~~ episcopo Frisingensi restaurare damna eidem illata. Innocentius Episcopus Servus servorum Dei dilectis filiis -- Electo Seccoviensi, de Frisingen et de S. Virgilio Ecclesiarum Præpositis Saltzburgensis dyœcesis S. et A. b. Querelam Venerabilis fratris nostri Episcopi Frisingensis recepimus continentem quod Nobiles Viri -- Comes de Tyrol. Hainr. et A. de Wolfperch fratres Curien. et Brixin. dyœc. ipsum quibusdam redditibus et rebus aliis ad eum de jure spectantibus contra justitiam spoliantes, redditus ipsos per Sententiam pro sua voluntatis libito perceperunt in ipsius præjudicium non modicum et gravamen. Unde dictos nobiles rogandos duximus attentius et monendos, nostris sibi dantes litteris in mandatis, ut eidem Episcopo redditus ipsos et alia sine

[Fuit etiam Otto dux Meraniæ, postea Henrico Thuringio, affini suo, in Romanorum Regem electo, adhæsit.